

Creaturæ omnes obediunt Divino imperio. Sol jam a tot sæculis ordinatum cursum tenet. Sydera suos influxus spargunt. Terra constitit temporibus producit suos fructus, &c. *Omnia faciunt verbum ejus.* His instruitur homo, ut & ipse ad finem suum tendat, qui est in hac vita fervire Deo, & in altera illum possidere. R. ætern. verit. Instr. t. 6. r. fol. 9.

Frater quidam Cisterciensis Ordinis semper infirmus, cum illi fratres objicerent, quod Monasterio non prodesset, sed obesset, reposuit, dummodo Monasticam disciplinam observem & animam salvem, plus prodero Monasterio, quam si mille auri marchis illud auxero. Et bene, non enim animæ sunt propter Monasterium, sed Monasterium propter animas. E. *Statutum* num. 1. Sic animæ non sunt propter mundum, sed mundus propter animas.

26. In creaturis detinendum non est.

*Viri Galilei, qui statit &c.* Galileus idem est, ac peregrinus: S. Gregorius ait: stultus viator est, qui in itinere amœna prata conspiciens obliviscitur, quo tendat. S. punct. 78. fol. 244.

Deus in Genesi ubi multoties vocatur creator, simul dicitur Index; ut indicetur, quod rerum omnium quas tibi creavit, etiam rationem exactus sit: gravis igitur ratio danda erit, si in creaturis, quæ mediæ sunt, tanquam sine detinearis. S. punct. 176. fol. 504. ad finem.

S. Joannes Damascenus in parabolis narrat de regno, in quo reges post unius anni regimen in exilium ejiciebantur: perire omnes, sed unus prudentior de thesauris regis in exilium præmittebat ingentem summam, de qua vivere bene poterat. Ita consulendum est futuro. D. 8. 42.

Idem S. Joannes parabola proponit de homine, qui persequente rhinocerote in puteum confugit in cujus fundo terribilis draco stabuatur. Ne autem labatur in prominente frutice se tenet: hujus fruticis radicem ardebat continuo duæ mures alba & nigra, nihilominus in tanto periculo homo iste delectatur in lambendo melle, quod in foliis ejus fruticis invenit. Rhinoceros est mors, draco est inferus, frutex est labilis vita, mures sunt nox & dies, quæ vitam deserviunt, mel sunt voluptates mediæ mundi. O quam imprudens est, qui in his se detinens obliviscitur finis sui, &c. Sanchez 3. part. c. 3. fol. 436.

Pessime erramus si creaturas pro fine ha-

beamus; sicut pessime ageret Viator, qui hospitio contentus nollet tendere ad scopum. R. ætern. Verit. Instr. t. 5. r. fol. 27.

Mediolani post pugnam & cædem corpora Catholicorum & hæreticorum inter se mixta jacebant; ut discerni non possent. S. Ambrosius rogabat Deum, ut recerendū indicium daret. Et ecce! Catholicorum corpora sese obvertunt, & supina cælum aspiciunt. Ariani autem pronis in terram vultibus jacebant. Ad cælum respiciat Christianus. T. n. 37.

### I N F E R N U S.

27. Quid, & qualis sit?

Terullianus ait: Infernum esse terribile profundum, & totius mundi cloacam. Hugo Victorinus: esse barathrum, in quo portæ spei clausæ & desperationi apertæ sunt. Joannes in Apocalypsi: Esse igneam mephitim, sulphure ardentem, & inextinguibilem, &c. B. Sermon. 29. §. 3.

Damnatus ille studiosus, de quo Innocentius memorat, apparens quærebatur a suo Magistro, an in inferno disputationes habeantur, respondit: *Apud inferos queritur solummodo, quid non sit poena: & resolvitur pro parte negativa.* Omne, quod videtur, auditur, olit, gustatur, tangitur, poena est: omne quod damnati sibi imaginantur, recordantur, sciunt, amant, aut oderunt, dolor est, &c. B. Sermon. 29. n. 18. Sermon. 51. n. 8.

S. Gregorius ita scribit: In inferno erit frigus intolerabile, ignis inextinguibilis, vermis immortalis, setor intolerabilis, tenebræ palpabiles, flagella cadentium, visio dæmonum, confusio peccatorum, desperatio omnium bonorum, mors sine morte, defectus sine defectu, quia mors ibi semper incipit, & desicere necesse, &c. S. punct. 149. fol. 442. Et C. Deut. 32. v. 22.

Inferni angulum esse spatium quidam Doctores affirmant; damnati enim erant sicut uvæ in torculari compressi. Alii contra docent, spatium esse amplius: damnati enim ex emergentia concionem habens, peccatoribus minatus est, quod nisi caverent, eundem ipsis esset ad sulphur, ad ignem, ad pontem, ad castellum, ad fluvium, ad rotundam domum &c. quibus verbis varia tormentorum genera & loca significare videtur. VV. art. disc. font. 57. ex. 4.

*Terull.*  
*de anim.*  
*Hugo*  
*Vict. 149.*  
*de dæmo-*  
*ma c. 11.*  
*Apoc. 19.*

*Innocent.*  
*III. l. 7.*  
*de mis.*  
*hum.*

*S. Greg.*  
*hom. 8. in*  
*Evang.*

*S. Bern.*  
*serm. 75. in*  
*Can.*

*Apoc. 9.*

### I N F E R N U S.

28. In inferno nulla redemptio.

Per totam æternitatem non recurret momentum, in quo quis valeat operari: *Ligatis manibus ac pedibus projecit eum in tenebris exteriores.* Ubi Gregorius: *Ligatur tunc manus, & pedes per distractionem sententiæ, qui modo a pravis operibus ligari noluerunt per emendationem vitæ &c.* S. p. 138. f. 434.

Tiberium rogavit maleficus ut mortem sibi acceleraret: respondit Cæsar: *Necdum tecum in gratiam redii.* Ita post mille annorum myriades respondebit Deus damnatis: *necdum vobiscum in gratiam redii &c.* B. serm. 30. n. 43.

S. Bernardus ait: *I nunc, & in medio gehennæ expecta salutem, quæ jam facta est in medio terræ.* Jam transit tempus miserendi: non descendat ad inferos sanguis, qui effusus est super terram: non est, quod sibi ex eo vendicent dæmones, neque homines socii dæmoniorum. S. punct. 138. fol. 434.

Cum de fornace Babylonica sermo fit, dicitur flamma ad 49. cubitos ascendisse: cur non dicitur alta fuisse 50. cubitis? nota: numerus 50. est numerus iudicii & indulgentiæ, hæc nunquam erit in inferno, cuius figura erat fornax Babylonica. B. serm. 30. n. 20. S. punct. 149. fol. 441.

Sicut desperati nonnunquam homines, ut calamitati suæ finem faciant, sibi ipsi vim intulerunt, gladio, laqueo, aut submersione in aquis; ita damnatus damnatum implorabit, ut mortem sibi inferat: sed frustra; *In illa die, ait Apocalypsi- cus Vates, quævent homines mortem, & non invenient eam, & desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis.*

29. Primus ingressus inferni quam horribilis.

Cardinalis Damiani narrat de duobus rusticis, quod in incædes ituri unus a dracone correptus & in speluncam abreptus fuerit: O quæ mens fuerit miserum, dum in specu cum immiserico corde animam versabat: &c. Milites Regis Benadæ oculis capti erant ab Eliseo Propheta, & ab eo ducti in medium forum inimicis urbis. O quæ mens fuerit militum, dum se in medio hostium comperiebant, &c. Et quæ mens erit peccatoris, qui e plumis in prunas venit momento temporis? B. serm. 29. §. 2.

Oeniponti cicur leo saepe populo fuit  
D. Claus Spicil. univers. Pars III.

exhibitus, aliquando in furias actus terribiliter fugie cepit: disfligere omnes spectatores, leo autem aliquem studiosum apprehendit, stravit, & super illum incubuit. Magister leonis continuo monuit studiosum, ut se non moveret: hæsit immobilis, tum adductus est canis, cum quo leo fuit educatus, qui ludere cum bellua cepit & sic studiosus liberatus est. In hoc eventu quis factis capere queat terrorem, quem passus est iste studiosus? & quis capere queat terrorem damnati, qui primo a stygio leone occupatur, nec spem ullam habet liberationis?

Navis in medio cursu a bellua marina occupatur, & detinetur, quanta consternatio! R. cent. 3. mir. 18.

Divitis Epulonis quanta fuit consternatio, cum a mediis delictis, & divitiis abreptus subito vidit, se nec guttulum aquæ habere, quæ linguam igne aridam refrigeraret.

30. A peccatoribus obstinatis parum timentur.

Mi peccator, qui fieri potest, ut ad horrores gehennæ cruciatus non movearis, qui tamen ad hujus sæculi afflictiones mirum quantum trepidas. S. Paulus *1. Cor. 141* monet: *Frater nolite pueri effici sensibus quid ait? an contradicere essato Christi.* *Nisi efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum celorum?* minime contradicere: duo sunt apud pueros innocencia & iudicii defectus, primum laudabile, alterum vituperabile est: ita explicat S. Chryostomus: *Solent pueri ad parva bicere, & obdormire, valde magna non esse in. Cor. intrantur.* Tales revera peccatores apparent; de quibus Augustinus: *Timent car. S. Aug. cerent, & non timent gehennam: timent cruciatum temporalem, & non timent poenam ignis æterni, timent modicum mori, & non timent æternum mori &c.* A. I. l. 4. n. 26. 27.

Verissimum est illud Sancti Spiritus: Homo cum in profundum venerit, contemnet! contemnet enim tam culpam quam poenam. Multi obstinati peccatores hæc verba stultissime effutunt: Quid inde vi in infernum ventiam, non ero ibi solus! Alii quibus fides deficit, dubitant de inferno, dicentes, esse tantum figmentum Poparum. Alii non credunt esse æternum. Alii stultissime dicunt: Debebo habere patientiam! O stulti & tardi corde ad credendum! Ita nunc quidem deliras o peccator, verum cum



cum aliquando arferis in hoc igne, videbisque nullam redemptionis spem affulgere, hanc tuam ultionem millenis executionibus damabis. O utinam ululatum audires qui similitum!

31. Deterrere debet a peccato.

Quidam auctores indubitate tenent, montes ignivomos, Etnam, Vesuvium alioquin esse officina inferni: Laurentius Surius ait: *Voluit Deus extare hujusmodi loca, ut certius nossem mortales, que maneat impij post hanc vitam; ideo etiam animadversum est, Vesuvium majores flammam vomere, cum grandis peccator moritur. Vir quidam Dei famulus videt dæmones fonem, & materias combustibiles congerere, quærit quid agerent? responderunt, se inflammare infernum, quia paulo post Princeps Capuz, & bellidux Joannes Neapoli essent damnandi: Mo-nitus Joannes cum non respicere, intra quindecim dies perit: quo facto Vesuvius infolitos ignes dedit. D. 6. 43.*

Dives in cibis, potibus, unguentis & deliciis vivens factus est incrassatus & impinguatus. Huic coeus aliquando dixit: O Domine, quomodo hæc pinguedo ardebit in inferno? Ex quo ille perterritus poenitentiam agere & corpus macerare cepit. E. Gula n. 21.

Ignis infernalis peccatum maxima 1. Quia est sulphureus & penetrantissimus. 2. Quia non tantum corpora, sed & animas immediate urit. 3. Quia non tantum suo calore, sed & sua caligine, & fœtore cruciat. 4. Quia est æternus & nunquam minuitur, semper augetur. Age, subjungit his S. Augustinus, *hunc ignem gehennæ, his que te exagitant, flammis libidinis, & cupiditatis oppone. C. Eccl. 7. v. 19.*

Peccata inferni sunt terribiles, nimirum tenebræ, fletus, fames & sitis, fœtor, ignis, vermis, locus, societas, desperatio, æternitas. Lohner h. t.

Peccator impatiens, quod noctu somnum capessere non possit, cogitare capit: Que mea infelicitas foret, si in molli hoc lecto centenis aut ducentis annis, sine diurna luce, sine hominis ullius confortio jacere deberem? hæc cogitatio tam salutaris illi erat, ut mundo valediceret, & monasterium ingressus auterem poenitentiam egerit.

32. Christianorum est terribilior, quam infidelium.

S. Macario ambulanti inventa calvaria revelat, se esse calvariam alicujus damnati gentilis, quærenti an etiam Christiani in inferno sint, reponit esse, & quidem longe profundius in igne demersos. Sanch. 4. P. c. 4. f. 267. E. Infernus n. 3.

Quantum fortior est miles, tanto reprehensibilior est, si ab hoste victus palmam perdat: Christianus ex Dei gratia, ex lumine fidei, ex sacramentorum munimine, ex Christi & Sanctorum exemplis fortissimus est ad vincendos tentatoris insultus; ergo victus poena dignior est: & hoc vult illud Sapientis: *Potentes potenter tormenta patientur, & fortioribus fortior instat cruciatus.*

Quantum in deliciis fuit, tantum date illi tormentum. Ergo poena in altera vita proportionatur bonis in hac vita habitis. Cum ergo Christianus uberissima bona tam corporalia, quam spiritalia a Deo recepit, quibus saltem facile consequi potuisset, certo iustitia Dei in illum tanto crudelius fœviat, quanto liberalior in eum fuit misericordia.

Damnatio Christiani, si cætera desissent, per se infelicior est, quam infidelis: Quis non miserimos reputat illos homines, aut milites, qui apud Turcas, aut barbaros in captivitate detinentur? grandis enim miseria meliores homines vivere! Et quæ infelicitas erit Christiano, in sanctæ Ecclesiæ gremio nato & educato, ad omnem mansuetudinem, & civilitatem excolto, Sacramentis, aliisque salutaribus remediis ad cælum instructo, in inferno iteri barbaros, hæreticos, & dæmones misereri nescios æternum versari?

33. Cur propter unicum peccatum sit æternus?

Prima ratio assignatur a S. Thoma: quia peccatum quodammodo infinitum est, utpote læsio infiniti boni. 2. Ait Bernardus, quia deficit potentia culpam delendi. 3. Ait Gregorius, quia damnatus perseverat in pertinacia finali: *Cesset voluntas propria, & infernus non erit. B. ferm. 30. §. 4.* Lucifer cum rebellibus Angelis a Deo reprobati, & ab Archangelo Michaelè bonorum Angelorum Duce propter unicum peccatum cælo ejecti,

sup. 6.

S. Greg. l. 4. Dial.

S. Aug. l. 14. de civ. c. 15.

S. Greg. 8. ap. Mans. d. 1. 27. n. 8.

ff. 61.

jam ultra millenos septingentos annos in inferno ardent, arsurus in æternum.

S. Gregorius ait: Ad magnam justitiam pertinet judicantis, ut nunquam carere supplicio, quia nunquam voluerunt carere peccato. Et S. Augustinus: Quisquis hujusmodi damnationem vel nimiam, vel injustam putat, metiri profecto nescit, quanta sit iniquitas in peccando. Peccatum malitiam habet infinitam; æquum igitur est, ut poena sit infinita extensivè, si non intensivè. S. p. 140. fol. 442. in fine.

Quia in inferno semper est moralis necessitas peccandi. P. p. 2. disc. 18. n. 25. Certum est, quod misericors Deus unum actum perfectæ contritionis seu amoris in peccatore æterna mercede coronet, prout exemplum habemus in bono latrone: ergo mirum esse non debet, quod justus Deus unicum peccatum æternum supplicio puniat. Huc facit estatum S. Gregorii: *Dum recognosco Job sedentem in Herquulino, Joannem orientem in eremo, Petrum pendentem in patibulo, Jacobum decollatum Herodis gladio, cogito, qualiter Deus in futuro cruciabit, quos reprobos, qui ita dure assigit, quos amat.*

Amicitia Dei per peccatum perdit in inferno non est restaurabilis! flet damnatus integra maria lacrymarum! sustineat tormenta omnium martyrum, hæc nihil profuit ad recuperandam gratiam, & justificationem.

34. Plenus est tormentis crudelissimis.

*Introibunt in inferiora terræ, & tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt.* Per hæc verba insinuantur tria mala, quæ infernum reddunt formidabilem: per inferiora terræ intelligitur profunditas loci: per manus gladii acerbitas peccatorum. Per partes vulpium societas demoniorum. Tria hæc mala cunctis damnatis erunt communia, nihilominus quemlibet cum proportionem ad sua peccata cruciabant. O qualis poena futura est his, qui in vita semper aspirabant ad primos gradus, cum videant se detrusos ad infimam abyssum: qualis poena futura est his, qui tantopere amarunt voluptates, cum viderint se traditos gladio, id est omni suppliciorum generi: qualis poena futura est his, qui in terra vulpes agebant sugentes sanguinem pauperum, cum viderint se incidisse in vulpes longe crudeliores? &c. Segn. Manna 27. Aug. n. 5.

Civis a tyrannico Domino incarceratus raptus est ad infernum & crudelia ibi tormenta, potentes vulgi sæculi cruciatus subiectos, & sedem ignem suo Domino preparatum vidit. Semper autem terrore & aspectu tam deformi circuire visus est, ut ab uxore & amicis non amplius nosceretur. E. Visiones. c. num. 1.

Ignis infernalis longe est crudelior nostro elementari: 1. Quia jam extat ab origine mundi contra peccatores & reprobos incensus. 2. Quia in furore Domini succensus. 3. Quia ardebit usque ad inferni novissima, in ima terræ voragine in omnem æternitatem. 4. Quia hic ipse ignis devorabit terram, & montium fundamenta comburet; hinc ait Psalmista: *Montes sicut cera fluxerunt. C. Pf. 96. Deut. 32. v. 22.*

Æternitas.

35. Quid sit?

S. Augustinus ait: *Quidquid dicitur æternis, minus dicitur.* Dionysius Areopagita ait, esse tempus, quod nunquam desinit, sed semper durat. Bernardus: *Esse tempus quod omnia tempora in se complectitur præterita, presentia, & futura.* Cæsius: esse diem quam nulla nox sequitur: *Æternitas est circuitus annorum, qui nunquam desinit.* Circulus est temporum, qui nec medium, nec finem habet. Duratio est, quæ non curfus solis, aut siderum, sed immortalitati Divinæ commensuratur &c. Jam intelliges, cur S. Joannes infernum vocet: *Stagnum ignis & sulphuris*: cur enim iterum Dei non describit eo modo, quo Isaias, dicitur: *Sicut torrens: Sulphuris?* Respondit Isaias: *quia Isaias loquitur de ira Dei in hac vita, Joannes autem de ira Dei in altera vita: in hac vita fluit ira Dei sicut torrens: in altera permanet sicut stagnum &c. B. ferm. 30. §. 2.*

Quid est æternitas? est circulus in se recurrens, cujus centrum est semper, circumferentia nunquam. Quid est æternitas? est orbis ubique rotundus, sui que similis, in quo non est principium nec finis, in quo non est incipere, nec desinere. Quid est æternitas? est rota quæ semper volvitur, & volvetur in omnem ævum. Quid est æternitas? est annus jugiter revolvens, qui ubi occidit, ibi renascitur, ubi moritur, ibi oritur. Quid est æternitas? est fons in quo aquæ per-

E. 2.



māandros ad suam scaturiginem semper refluant, ut iterum fluant, est fons perennis juges dans aquas, easque vel benedictionis suavissimas, vel maledictionis amarissimas. Quid est æternitas? est labyrinthas innumeris gyris se intorqueans, qui ingressos perpetuo circumducit, circumagat, & perdit. Quid est æternitas? est abyssus spirarum, est spiras semper gyrans, & circulus in immensum &c. C. Lev. 27. in fine.

*Marth. 1. 8. de conf. prof. 4.*  
Æternitas, ait Boethius, est interminabilis vite tota simul, & perfecta possessio. Est ergo 1. Interminabilis. 2. Semper vivens. 3. Tota simul. 4. Perfecta possessio vite. In hac vita nihil est perfectum, multa desunt, deest honor, desunt opes, deest sanitas, deest quies animi. In æterna vita autem Beati omnibus bonis simul fruuntur; possident enim opes Dei, scientiam Dei, delicias Dei. C. Ista. 35. v. 10. Item C. Ecclii. 31. v. 10.

### 36. Melius intelligitur quid non sit.

Lactantius ait: Cuius nullus est finis. Gregorius Nazianzenus, æternitas nec tempus, nec temporis pars ulla est; quia guttulas maris, stellas cæli, folia arborum, arenas terræ, characteres omnium librorum transcendit.

Fingamus tempus, quo formica in fume pendulo usque ad calum unum semper granulum frumenti asportet; heu quantum tempus, donec omnia grana frumentaria, quæ ab initio mundi usque huc creverunt, in calum ferat!

Fingamus tempus, quo mons æreus usque ad calum peringens singulis centenis annis tantum semel ungue digiti, aut rostro avisulæ raderetur, heu quantum tempus donec mons omnis abrasus terræ æquetur!

Fingamus tempus, quo damnatus singulis annis tantum unicum lacrymulum feret, heu quantum tempus donec hæ lacrymæ mari, aut diluvio æquarentur!

Fingamus tempus, quo singulis millennis annis una arenula de globo terreo asportaretur; heu quantum tempus, donec totus orbis aliofium transferretur.

Fingamus tempus, quod tot ciferis describitur, quotquot capere possunt omnes totius mundi libri, heu quantum tempus!

Et tamen hoc omne tempus nec minimam partem æternitatis æquat. Flamma in foenace Babylonica dicitur assu-

xisse ad quadraginta novem cubitos: Mysterium latet: numerus quinquagesimus numerus jubilii est: ut ergo indicetur pœnas inferni nunquam ad jubileum perverturas, signate 49. cubiti ponuntur. B. ferm. 30. §. 3.

### 37. Facilitat labores omnes hujus vite.

Pellicanus est symbolum imprudentiæ, quia nidificat in aprico campo: cum igitur hæc volucris capitur nidus cingitur circulo stuppæ, & accenditur: Pellicanus extincturus ignem alas adurit, & sic præda fit venatorum. Ita homo nulla arte melius capitur quam circulo igneo æternitatis. Quid ita animofum reddit Davidem, ut generose se resolyerit, dixi nunc capi &c. Nempe paulo ante affirmavit: annos æternos in mente habui. Sancti martyres in suis tormentis, sancti confessores in suis austeritatibus animatur intuitu æternitatis: S. Augustinus exclamat: *Hic ure, hic seca* &c. B. ferm. 30. n. 2. seq.

S. David ait: *Latum mandatum tuum nimis*. Cur nunc latum vocat mandatum, cum alibi asserat arctam viam esse ad vitam? Resp. Cardinalis Hugo: quia æternitatem consideravit; consideranti æternitatem mandata omnia facilia, & lata videntur. B. ferm. 30. num. 34. Segn. Manna 23. Jul. n. 2.

Discipuli Abbatiss Heleni congebantur de vehementi tentationum, ille circulum circa illos fecit, dixitque, quantum ex hoc circulo non exarseritis, demon non vobis nocere poterit. Tu mi Christiane consiste intra circulum æternitatis, & contra quoscunque demones insultus victor eris. Sanch. 7. p. c. 7. f. 1032.

Picticus Leonis X., cum aliquando præter morem taciturnus & cogitandus videretur, dixit ei per ludum Pontifex: *Pictice, quid cogitas?* Et mox Picticus: *Cogitavi dies antiquos, & annos æternos in mente habui*. VV. art. disc. font. 28. ex. 10. O utinam ejusmodi Pictici ubique essent, qui Christianos æternitatis componerent! ne illi certe pro æternitate nihil non agerent & paterebant, considerando *dies antiquos*, id est, vitam hie meritis peractam, & *annos æternos* sine fine.

*Raltha-  
sar Bo-  
nifacius  
in Hist.  
Judæica.*

### 38. Vitam hominis in comparatione sui facit momentaneam.

Dæmon ex emergence quæsitus, quantum jam esset in inferno, respondit, vna die; heri enim damnatus sum. Repentibus aliis; mendacium hoc esse, quia jam ante quinque milles annos de celo expulsus esset, subintulit: *si scires æternitatem, totum tempus a constitutione mundi usam horam reputares*.

Adamo comminatus est Dominus: *in quacunque die comederis, morte morieris*. Quomodo autem verificata sunt hæc minæ, cum Adam vixerit usque ad 930. annos. Resp. S. Irenæus, verificari hæc minæ, quia mille anni apud Dominum, sicut unius dies. Et S. Gregorius: *Idcirco presentis vite dies nihil esse conspiciant; quia illuminatæ mentis oculus in consideratione æternitatis figunt* &c. B. ferm. 15. §. 2.

S. Job in sterquilino testa de regula sanieum radebat: regula inverfa canas; prona autem sandapilam representat: cogitabat S. Job, o quam modico intervallo distant cunæ a sandapila &c. B. ferm. 17. n. 14. seq.

S. Augustinus quærit: *Quid est longa vita hominis ad æternitatem comparata?* Nihil est: *Nihil enim sunt dies mei* &c. B. ferm. 30. n. 30. seq.

Interroga Sanctos omnes, Apostolos, Martyres, Confessores, Virgines, quid modo sentiant de suis laboribus, cruciatibus, & tormentis, quæ pro Deo exantlarunt, dicent omnes: *Habuius momentum crucians, quod modo transiit, habemus nunc æternum delectans, quod nunquam transibit*. C. Ista. 25. in fine.

### 39. Affligit damnatos super omnia alia mala.

Hic spes mitigat dolores omnes: *sebris hæc tandem desinet: dolor hic tandem finem habebit; quisque dum spirat sperat, ac spe omnes miseri se consolantur*. Verum in inferno *sper illorum abominatio* &c. S. punct. 140. fol. 443.

In inferno dicitur esse *umbra mortis*: quia vero mors ibi non est, ut ait S. Gregorius: *Mors sine morte, finis sine fine, descensus sine descensu* &c. M. cont. 10. aff. 3. n. 5. seq.

Tartari, gens vagabunda in nullo loco diu commorari solet; rati mixtam infelicitatem hominis esse, diu in eodem

loco hære: unde irati cum liberis suis grave malum imprecari volunt, dicere solent: *ut in eodem loco perpetuo hæreas!* &c. VV. art. disc. 40. ex. 5. quæta ergo in inferno erit afflictio, loci æterna stabilitas?

Sicut beati latantur æternitate præmiorum, ita æternitas pœnarum damnatos super alia omnia mala affligit. Homines facinorosi in hac vita damnantur ad rotam, sic & damnati; æternitas enim est rota, & circulus, cujus centrum est semper, circumferentia nunquam. Sicut rota non habet finem, sed ibi incipit ubi desinit: ita æternitas, hinc pingitur ut serpens orbicularis, quæ caudam ore complectitur. C. Ez. 1. v. 28. q. 4.

In hac vita mundant homines mortem horrent, super omnia alia mala: damnati autem desiderant mori, & infelicissimos se reputant, quod mori non possint. Hinc illud: *In illa die quærent homines mortem, & non invenient eam; & desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis*.

*Apoc. 9.*

### 40. Pœnam etiam levem facit intolerabilem.

Damnari mallent crudelissima mundi tormenta tolerare, quam æternam unius culicis puncturam; quia propter æternitatem infinita foret hæc pœna. Imo in plurimis jacere æternum intolerabile foret. S. Lydvina persuadet peccatori, ut in uicinia nocte immobilis jaceret, & ecce ex morsu culicis immobilitate unius noctis contulset sui. B. ferm. 30. n. 35. seq.

Quæro si homo cum dolore dentium, mulier cum doloribus partus per decem annos affligi deberet, quam enormis hie dolor foret? & quid erit si immensus dolor sit æternus? S. p. 141. fol. 444. P. p. 2. disc. 18. n. 17.

Si princeps ad regnum & coronam natus a paterna hereditate se excludi videret, quanta hæc afflictio, etiam cætero nullum aliud malum patereat? quantum ergo erit damnato dolor, si in perpetuum a corona gloriæ se exclusum videret? Patius Virginibus intolerabile fuit, audire a sponso *nescio vos!* Et quanta erit tristitia damnato id ipsum *nescio vos!* audire a Deo, ad quem natus factusque est? Audiamus S. Chrysostomum: *Intolerabilis est Chryf. res of gehenna, quis nescit? tamen si mille hom. 24. in c. 7. aliquis ponat gehennas, nihil tale quid dicitur. Matt. 18.*

Tartari, gens vagabunda in nullo loco diu commorari solet; rati mixtam infelicitatem hominis esse, diu in eodem

Sicut medicus centus annuus in hac



vita sæpe ad processus forentes acerrimos ansam dedit; qui etsi sic modicus, tamen est perpetuus. Ita si in inferno non esset nisi exiguus dolor, aut levis molestia, gravissima tamen foret; quia est æterna. Quis sciat, mallet martyria sustinere crudelissima!

41. Est longissima, & interminabilis.

Quantum est æternum? cogita centum millia annorum: cogita decies centena millia annorum: cogita mille milliones annorum: cogita tot milliones, quot sunt guttæ in mari, & necdum de æternitate decerpisti quiddam. Si Deus diceret damnatis: Impleatur terra arena minutissima usque ad cælum empyreum, & millesimo quoquo anno angelus veniat, demarquet ex hoc arenæ cumulo unam granulum, cumque sublatu fuerit totus arenarum cumulus, liberabo vos a gehenna, o quam exultarent damnati: nunc autem post tot millenarios, restant alii, & alii millenarii in infinitum. Hoc est pondus æternitatis, quod opprimit damnatos; cogita, o peccator hoc pondus tibi imminere, nisi respicias &c. C. Exod. 15. v. 18. fol. 454. col. 2.

Padag.  
Christ. 2.  
x. c. 6.  
8. 9.

Pone totum cælum empyreum membrana obductum, & meris numeris novenariis inscriptum, quot annos putas his numeris contineri? Clavus demonstrat, unitatem cum quingenta duabus cifris, sine nulla ut vocant, longemajore numero efficiere, quam mundus totus, usque ad concavum firmamenti arenulis repletus grana contineret. Et tamen si post tot annos finitus unica arenula tolleretur, necdum quasi initium factum esset æternitatis.

Quid sequitur ex his omnibus? Hoc sequitur, æternitatem esse potentissimum motivum ad exercendam virtutem, ad fugienda peccata, ad vincendas tentationes. S. Franciscus tyrones suos his verbis animare solebat: Fratres magna promissus, sed majora promissa sunt nobis! Modica hic voluptas, sed postea pena immensa! Modicus hic labor, sed postea gloria æterna!

42. Affectu occusat suam credulitatem.

Israelitas diabolus tantum commonuit de ollis, non de labore, interim eos circumduxit ut Samsone in mola asinaria. B. ferm. 1. n. 25.

Voluptates mundi tam vivaciter depin-

git sicut uvæ Zeuxis, puerum autem qui botrum tenet non ita vivaciter exprimit, ut volucres accedere vererentur. B. ferm. 4. n. 3.

Cecos mortales in glaciem occasionis ducit, ut in precipitium impellat, glaciem autem abscondit. B. ferm. 14. n. 11.

Dies vertitur in tenebras, quia demon, quæ amana proponit, in lucum vertit. M. conc. 29. ass. 1. n. 14.

Infernalis tentator varias habet qualitates, nos decipiat. Paololet Dom. 1. Quadrag.

Simulat se amicum, & amatorem hominis, interim odio implacabili contra illum ardet: Sicut parthalis etiam in hominem pictum involat, eamque unguibus discepit; ita demon eo odio ardet adversus Deum, ut in ejus imaginem, nempe hominem involat, ejusque exitium querat. C. Lev. 17. v. 16. in fine.

Surrexit in terra Rex novus. Allegorice Rex novus est diabolus, qui fideles afflixit tripliciter: 1. Violenter per decem Imperatorum Rom. persecutiones. 2. Sapienter per Philosophos & hæreticos. 3. Altute & blande per voluptates, & illecebras, ut jam facit parva Ecclesiæ pace. Ille Abbas apud Joannem Moschum ait: Non appetamus Ægyptiis servare voluptatibus, quæ Pharaonis perniciosus tyranno obnoxios facit. C. Exod. 1. v. 8. Item Ephes. 6. v. 11.

Exod. 4.

Joann.  
Moschus  
in Prov.  
Spir. c.  
144.

43. Blanditur peccatori, ut perimat.

Fugitivum Sisaram Jahel excepit hospitio, lædè pavit, sed dormientem clavio confixit: Berchorius ait: Talis mulier est diabolus. B. ferm. 24. n. 37.

Berch. 1.  
7. Mor.  
scrips. c.  
3.

Dæmon extollit misericordiam Dei, quæ non vult mortem peccatoris, exaggerat libertatem humanam, quæ semper potest se convertere &c. idque non alium in finem, nisi ut decipiat, & perdat. B. ferm. 49. n. 17. 19.

Oviculam se simulat, & tamen leo est: 1. Quia apertis oculis dormiendo vigilat, & caudam movet. 2. Quia leo nunquam circiatur, etsi domesticus fiat. 3. Quia rugiens vocis fonitu terret, juxta illud: Leo rugit, quis non timebit? 4. Quia cauda sua vestigia verit, & delet, ne a venatoribus inveniatur. 5. Quia læcet ob voracitatem, & ingluviem. 6. Quia non comedit, nisi quod vivum capit. Omnia hæc conveniunt diabolo. C. 1. Pet. 5. v. 8.

Amos 3.

Diabolus circuit ut leo: hæc circuitio significat sagacitatem demonis, qua usque

jusque desideria, vitia, infirmitates, occasionales, & habitus explorat, ut ea parte tenet, qua tentatus debilior est. C. 1. Petri 5. v. 8.

Dæmones vocantur *spiritualia nequitie*, quia sunt nebulones nequissimi in calceibus, id est, in aere versantes cum peculiari potentia, vi & robore: si enim natura hostis quaritur, spiritus est: si species, invisibilis est: si indoles, nequissimi est: si potestas, mundi Dominus est: si ars & fraus, princeps tenebrarum, & insidiarum est. C. Ephes. c. 6. v. 12.

44. Læsat spe longioris vite.

S. Aug.  
ser. 120.  
de temp.

S. Augustinus ait: *Immisit diabolus securitatem, ut inserat perditionem*. B. ferm. 6. n. 18.

Sicut pictores sæpe regionem efformant secundum artem, ut ajunt, perspective, ita ut longissime abesse putetur, quod prope est: ita demon persuadet peccatori mortem abesse longissime. In errore induxit nos umbra picture. B. ferm. 15. n. 8. 9. C. in Gen. c. 3. v. 4.

O quot incauti decepti sunt, qui longævam senectutem sperabant, & in juventute extincti sunt: propterea tam fœnax, quam juvenis mortem ante oculos habeat, ait Seneca & rationem addit perpulchram. Vitam hanc, ait, tanquam depositum habemus, inter censum autem & depositum hoc est discrimen, quod ille ad certum tempus constitutum sit, istud autem singulis momentis exigi possit. B. ferm. 49. n. 27. Vide Titulo Vita.

Seneca  
li. 3. ep.  
na.

Nobilis VVestphalus silvam cum militibus transiens audiit cantantem feminam: accessit sonum & vidit moniam, quæ quæsitâ quid ageret, reposuit: Hoc cantu laudo Deum meum. Quævis miles, putans esse sanctam, quæ sua fors futura sit? & illa: accipies crucem caelestem, transfretabis, & devictis inimicis in servitio Christi morieris. Falsissimum id fuit; paulo post enim in febrim incidens, ægre persulfus ut sacramenta fumeret, extremam diem clausit. E. Demon n. 13.

Franciscus Maria Taurusius ægotantem amicum invisens eum de periculo vite admonuit. Risit æger reposuit que, primum nunc adfuisse Petronium Medicum; qui ipsi in crastinum plenam valetudinem promississet. Ivir Taurusius ad Petronium, & ab eo edoctus fuit, se ea die nullum hujus generis ægrum vidisset. Diabolus fuit. J. 82.

45. Decipit peccatorem suis promissionibus.

Eques equo promissit, se velle vindicare injuriam illi illatam, si equitari se permitat: permittit equus, & eques illum in suum stabulum compulsi. Ita demon promittit peccatori, quod illum velit iterum liberum dimittere post peccatum: sed postea ligat, & alligat feræ consuetudine, quæ quasi stabulum est dæmonis. B. ferm. 49. n. 19.

Rabodo genti Principi auream domum ostendit & regale solium, promittens quod hanc illi felicitatem dare in perpetuum velit, si Christum non adoraret. Sed S. Valfrannus Episc. misit suum Diaconum, qui signo crucis omnem illusionem in nihilum redegit. N. 20. Martii.

Dæmon oracula falsa vel dubia dedit, uti est illud: *Ajo te Æacida Romanos vincere posse*. Exemplum ulterius est Achab Regis, cui, cum per omnes pseudoprophetas victoriam prædixit, solus Michas contrarium illi, id est, eandem prænuuntiavit, quæ etiam consecuta est. &c. Hananias Judæis liberationem ab obsidione Chaldæorum, & victoriam promisit, fed contrarium Jeremias, idque vere prædixit. Dum de Ferrandi Flandri fortuna mater ariolos consuluit, ab eis oraculum accepit: *Ferrandus a Parisiensibus succundissime excipietur*. Sed factus evenit; nam in bello contra Philippum Regem capus Parisios ducitur, & incarceration. Hinc Cato dicere solebat: *Mirari se, quod aruspex aruspitem aspiciere possit sine risu*. C. Ita. 41. v. 23.

46. Suas tentationes orditur sæpe sub specie pietatis.

Uxor Patipharis, teste Linconienti, primum ad se vocavit Josephum, fugentem illius se velle Religionem sequi, ut sub specie pietatis sic frequentior esset familiaris accessus. O quot familiaritates primo sub prætextu pietatis incipiunt, quæ dein in seclera desinant. *Facilis est*, ait Nazianzenus, morbo alieno infici, quam sanantem largiri. B. ferm. 58. n. 41.

S. Gre.  
Naz. or. 1.  
20 in  
laude  
Basil.

Primos parentes in paradiso decepti demon sub specie boni, participationis perfectionem Dei &c. eritis sicut Dii. S. p. 35. fol. 151.

Duo orcini spiritus sub schemate Monialium veniunt ad S. Magdalenam de Pazzis, & austeram jejunii consuetudinem exprobrant, dicentes, tantum rigorem



rem esse contra Dei voluntatem, & plus nocere, quam prodesse Religioſæ diſcipline. R. cent. 2. p. 2. mir. 36.

Sent Monacho perſuaſit dæmon, ut filium ſuum, qui una cum Patre in Monasterio debebat, occidendo ſacrificium faceret, ut hac in re meritis Abrahamæ adqueretur. Recuſet illi ſenex, niſi filium rem aduertens auſuſſiget. E. Dæmon n. 11.

Sicut Magi in Aegypto æmulati ſunt miracula Moysi, ſic dæmon æmulatur opera Dei. Exod. 7. v. 11. Facit autem hæc dæmon 1. turbando phantaſiam aut viſum, ita ut putent homines ſe videre, quod non eſt. 2. Per motum localem celeritimum, uti ſuſtulit Simonem Magum, ſagas, ſtatuas, & cadavera &c. 3. Applicando actiua paſſiuis, novit enim perfectiſſime virtutem naturalium rerum. C. Exod. 7. v. 11.

Dat noctem pro die, venenum pro ſpelle, deſperationem pro obtentu ſpei, perſidiam ſub prætextu fidei, Antichriſtum ſub vocabulo Chriſti &c. C. Lev. 17. v. 16. in fine.

#### 47. Incipit a leviſus, ut ad gravia inducat.

Cancer marinus, ut oſtreæ capiat, in apertum conchile lapillum inſicit: ita dæmon ſemper a lapillo, hoc eſt, a leviſus incipit. B. ſerm. 60. n. 14.

Pompeius tantum egrotos milites in urbem obſeſſam recipi rogat, ut medicorum cura ſanarentur, & per hos urbem vincit. B. ſer. 79. n. 11. & S. p. 11. f. 49.

Diabolus dubitans an Chriſtus Dominus revera eſſet Dei Filius, tentavit illum & petiit, ut ex lapide panem faceret. Sic argumentando: ſi non poteſt facere panem, Dei Filius non eſt, & ego ab omni timore ero ſecurus. Si facit panem, Dei Filius eſt, quia facere hoc non poſſunt Angeli, & tunc aliam tentationis v. g. vanæ gloriæ telam ordiri debebo. En? tentator, ſi fraus illi non ſuccedat, ſemper indirecte alla mala intendit, v. g. vanam gloriæ aut alia. C. in Matth. 4.

S. Franciſcus admonuit ſuos, ut ne capillum quidem concederent diabolo, quia ille ex capillo facile conficere poſſet rudentem, quo animas eorum in perniciem trahere valeret. Hinc illud: *Quaſi a facie colubri ſuge peccatum.* Non ait, quaſi a facie draconis, urſi, leopardi, ſed colubri; quia dum coluber acuminolo quod ſi in cervum aut leporem mortuum capite ſi in cervum aut leporem mortuum incidant, non curent prædam caſu inventam: at ſi inveniant vivum & fugien-

Dæmon gradatim procedit ad perimentam animam, id quod explicans Religioſæ diſcipline. Magnus ait: Dentes diaboli ſunt gradus tentationum. ſcilicet, cogitatio, delectatio, conſenſus, operatio mala, conſuetudo, deſenſus peccati, gloriatio, impenitentia, deſperatio &c.

#### 48. Induit varias figurat.

Cornelio Agrippæ ut canis, S. Romualdo ut corvus, Hilariſoni ut vulpes, Dunſtano ut canis, Ferdinando Gonſalvo, & Margaritæ Virgini ut draco, S. Julianæ ut Angelus lucis, S. Martino ut Chriſtus, Abbati Roberto ut ruſticus, Macario ut meſſor, Gallo ut urſus apparuit. Martin. Zeilerus fol. 53.

S. Hilariſoni ut aegyrta, S. Antonio, ut venator, S. Ammonio ut raſtor, S. Apelli ut compta puella, S. Elfrido ut urſus, S. Dominico ut ſimta, S. Ignatio ut ſerpens, S. Benedicte ut menſula apparuit. *Chriſtoph. Leitenmair* in paneg. S. Benedicte n. 3. f. 6. S. p. 35. f. 159. Vide infra ab hominibus ſanctis ludibrio habetur.

S. Raynaldo Epifcopo, ſub ſpecie Chriſti, purpura indutus apparuit. Sed iſtic ſanctus ſycophantam, dixitque, ſe Chriſtum non ex auro & purpura, ſed ex eructe & vulneribus agnoſcere, quibus verbis deceptorum in fugam egit. N. 9. Feb.

Frequenter diabolus induit formam ſerpentis, in qua Adamum & Evam decepit, ibique vidit hanc fraudem ſibi bene ſuccedere. Item quia draco natura eſt monſtroſa & horribiliſ, pervigil, & acerrima oculorum acie &c. C. Dan. 14. v. 22.

S. Vincentio Ferrero ſpecie ſeniliculi Eremitæ apparuit, eique ſuaſit, ut parceret ſuæ juventuti, & penitentiam in ſenectutem diſcretet. Sed Vincentus illum Crucis ſigno in fugam egit. C. ad Epheſ. 6. c. 12.

#### 49. Cum ſuis tentationibus moleſtor eſt fidelis, quam peccatori.

Quamprimum populus e petra bibit, id eſt, e Chriſto ſacramenta, pugnare debuit cum Amelec. S. p. 34. f. 149.

Non quaerit dæmon infideles, quos jam quieto juere poſſidet, ſed eſca eſus electi, poſt devoratum Judam ad Apoſtolos conatum extendit. S. p. 34. f. 149.

Ælianus obſervat de canibus venaticis, quod ſi in cervum aut leporem mortuum incidant, non curent prædam caſu inventam: at ſi inveniant vivum & fugien-

Albert. M. in c. 14. Marc. c. 1.

Ælianus l. 8. c. 11.

tem, cum perſequantur. Sic facit canis infernalis, anima tenus mortuo moleſtus non eſt, ſed vivo, & fugienti peccatum.

In Aegypto ſurrexit Rex novus, qui non noverat Joſeph, & aſſiſit Hebræos. Rex novus eſt diabolus, qui tripliciter aſſiſit Fideles 1. Violenter per Imperatorum perſecutiones. 2. Sapienter per Philoſophos & hæreticos. 3. Aſtute per illecebras & voluptates. C. Exod. 1. v. 8.

Obſervatum eſt, quod inter hæreticos, & gentiles non inventantur tot emergenti, quam inter fideles. Quare: Quia illos jam bona pace tanquam ſuos poſſidet, fideles autem, de quibus periclitatur, ſuos facere conatur.

Leo aut lupus oves & boves ægrotantes non invadit, aut devorat, ſed tantum vegetos, & bene valentes: ita diabolus ſuis tentationibus non infeſtat peccatores, ſed juſtos, qui in Dei viviſicanti gratia vitam ſpiritualem, ſeu cœleſtem bene vivunt; ab his enim, non ab illis contraria, & inimica molimina metuere debet.

Sicut pyratæ, qui mare prædationibus infeſtant, naves a portu exeuntes, adhuc vacuas non invadunt, ſed ubi redierint mercibus onuſtæ, tunc omnem vim, arteſque expediunt, ut illas deprædentur: Ita Satanas, cum videt aliquos multa collegiſſe, jejunia, preces, elemoſynas, aliaque opera, tunc irumpit, tunc fatigat, ut ſcapam ſuam faciat.

#### 50. Frequenter ſe transformat in Angelum lucis.

Novit dæmon vitium colorem virtutis illinere, acediam ſub ſpecie deſatigationis, ſuperbiam ſub ſpecie honoris, iram ſub ſpecie zeli palliat &c. S. p. 35. fol. 151. Vide titulum VITIA.

Monachum ſub ſpecie Abbatis decipit, dum illi ſuaſit exire e cella ad ſumendam ſacram ſynaxin. Extens ille incidit in juvenem, qui ei narrat ratrem ſuum fuiſſe deſundum, & illum heredem ſcriptum eſſe multorum bonorum: tunc Monachus ſub prætextu faciendæ elemoſynæ redit ad ſæculum. S. p. 35. f. 155.

Sed facile noſci poteſt ex variis indicis. S. ibid. f. 153.

Radbodo Priſonum duci apparuit in veſte aurea, cum corona in capite, ſuaſitque illi, ut a cultura idolorum ad Chriſtianorum ſacra non recederet: promercede hujus conſtaſſit, ſe illi præparatum thronum aureum. Cum ergo legatus Ducis, una cum Diacono Chriſtiano-

rum vellet videre thronum aureum, Diaconus fecit ſignum crucis, & invenerunt ſe in paluſtri loto &c. E. Dæmon n. 12.

Aſſaſini, & homicidæ venenatas pilulas inſaurant, aut ſub cupediis & dulcioribus abſcondunt, ut eorum, quibus nocere volunt, appetitum, ſive orexin provocent: ita dæmon & ſeipſum cœleſti ſulcore exorant, & tentationes ſuas ſub ſpecie angelicæ virtutis tegit, & dulcorat. Hinc bene in hanc rem ait Richardus a S. Viſtore: *Quaſi cum ſumma luce, in fervore dæmones ad nos veniunt, quando fraudis ſuæ nequitiam diſſimulantes, ſub ſanctitatis ſpecie ad perverſitatem nos pertrahere ſtudent.*

#### 51. Eſt mendaciſſimus.

Evæ quintuplex mendacium fecit: 1. Non moriemini. 2. Eritis ſicut Dei. 3. Aperientur oculi veſtri. 4. Sciētis bonum, & malum. 5. Scit Deus hæc omnia eſſe vera. C. Gen. 3. v. 4.

Chriſto promiſit: *Hæc omnia tibi dabo, ubi Petr. Chryſol. Hæc dicit, non quæ poſſit dare, ſed fallere.* B. ſer. 14. n. 14.

Diabolus mendaciis denigrat Deum apud hominem, hominem apud Deum, & hominem apud hominem. 1. Mentitur homini contra Deum, dum quaerit ex proparentibus, cur præcepit vobis Deus ne de omni ligno paradysi comederitis? Nota, de omni quod falſum eſt. Dein perſuaſit illis contra Deum ſalutem, quod non eſſent morituri. 2. Mentitur Deo contra hominem: ita dixit ad Deum, quod Job illi ſerviat tantum propter beneficia, hiſdeſcientibus Jobum cito fore impium. 3. Mentitur homini contra hominem; ita ethnicis & hæreticis de Chriſtiana Catholica lege tor calumnias garrit, ut neceſſe fuerit ſanctis Patribus Tertulliano, Arnobio, Auguſtino aliſque tor apologetis ſcribere, &c. D. 10. 78.

Etiā ſanctiſſimos ſuis mendaciis, & deceptionibus circumvenire ſatagit: hinc ait Richardus a S. Viſtore: Hora meridiana ſolet eſſe claritas major, & calor ferventior: lux ad diſcretionem, & calor pertinet ad devotionem. Cum luce ergo, & claritate ad nos veniunt dæmones, quando in eo, quod fraudulenter ſuggerunt, non modo diſcretet, ſed etiam devote aduros nos eſſe promittunt, & perſuadere contendunt.

S. Leo ait: *Novit diabolus, cui adhibeat eſtus cupiditatis, cui illecebras gula ingerat, cui apponet incitamenta luxuria.*

Richard. a S. Viſtore. in Ep. 90.

Richard. a S. Viſtore. in Ep. 90.







57. *Dæmones habent officia varia & terribilem deformitatem.*

Lucifer ad superbiam, Mammon ad avaritiam, Asmodæus ad luxuriam, Belzebub ad invidiam, Belfegon ad gulam, Balberuch ad iram, Astaroth ad acediam allicit. B. ser. 20. n. 15. Behemoth. S. p. 34. f. 149. Leviathan. S. lb. f. 150.

Sicut inter Angelos ita & inter dæmones alii sunt inferiores, alii superiores, videlicet illi, qui exaltioribus choris ceciderunt, adeoque natura sunt nobilioris (naturalia enim in dæmonibus post lapsum manserunt integra) hinc qui ex ordine Cherubim, & Seraphim ceciderunt sunt principes eorum: sic in militibus, dum rebellant, manent signiferi, capitanei, colorum; sine his enim exercitus ordinari, regique nequit. Omnium autem Princeps est Lucifer, sicut Michael Angelorum. C. in Math. 9. v. 33. Item C. Ephes. 6. v. 12.

Habent etiam terribilem deformitatem: S. Catharina Senensis in extasi dæmonem aspexit, postea dicebat, folia, & femelle orbem integrum prunis ardentibus stratum circumire, quam adhuc vel unica vice tale obiectum tolerare. B. ser. 29. n. 27.

Religiosus in articulo mortis maledixit horæ qua sacrum Ordinem ingressus est. Postea ad se reversus dixit, sibi apparuisse duos dæmones tam terribiliter deformes, ut mallet usque ad finem mundi per ignem transire, quam illos adhuc semel aspiceret. Par B. V. autem se liberatum esse. E. *Facies dæmonum.*

In vita B. Andreae Fundani Episcopi legitur, quod dæmones in templo Apollinis noctu convenerint, inter quos unus gloriatus est, quod eo adduxerit Episcopum, ut mulierem in axillam blande percussisset. S. p. 33. f. 145. Sanch. p. 2. c. 5.

Habent etiam libros, quibus sygyio atramento inscribunt eos, qui propter peccatum delicti sunt ex libro vite, ait S. Greg. Naz. S. p. 110. f. 576. in fine.

58. *Hominiibus sanctis varia debet prestare obsequia.*

Dum S. Bernardus e Belgio Romam proficerecetur, dæmon ipsi rotam curris consregit: sed ipse dæmon debuit dein vices rotæ supplere usque Romam. In Vita S. Bern.

Dum S. Dominicus ad Montiales perorabat, dæmon in specie passeris turbare

vultu attentionem audientium. Sanctus Vir præcepit alicui Montialium, ut capiam volucrem sibi afferret, quod cum factum fuit, passerem deplumavit, & cum risu dimisit: dæmon in habitu lampadem everit, sed inestit oleo. Alia vice dæmon vultu in specie simis studiat turbare S. Dominici: verum debuit candellam tenere, donec pes illi adustus fuit. Cum S. Dunstanus arte fabrilis laboraret, venit dæmon ad ostium officinae & ridiculis gesticulationibus sanctum turbare contendit. Agnovit Sanctus scyophantam, eumque candenti forcipe naso apprehendit, ac tandem satis ludificatum adulto naso dimisit. D. 4. 88. R. 1. cent. par. 2. mir. 7.

S. Narcissus convertit S. Afram ejusque familiam, dæmon conqueus est, quod sibi eriperet suas animas. Narcissus cum risu reposuit: dabo tibi aliam animam, vade, ibi & ibi tumultuatur terribilis draco, qui itinerantibus infestus habet, hunc occide, & ejus animam tibi habu: reluctatus quidem est diabolus sed compulsus debuit iusta facere. Pet. Sanch. 1. p. c. 5.

S. Tecelejamothen in urbe Sabba Orientalis Indiæ, dæmonem ex ennergumone eiecit, illum compulsi, ut in Monasterio S. Dominici septem annis mediastinum agere debuerit. N. 18. Aug. Ephemer. Dom.

Ex quibus omnibus patet, longe infirmiores esse potestatem diaboli, quam nobis meticulose imaginemur. S. August. exhortatus est fratres: certi estote, quod diabolus non potest vos lædere plus, quam a Deo potestatem accepit: quando ab hominibus expulsi sunt dæmones, rogaverunt, ut sibi liceret intrare in porcos, sed neque hoc impetrarunt. En! tanta est infirmitas infernalium spirituum, ut ne porcum quidem infestare possint, sine Dei permissione. Ergo nihil time, nisi peccatum, quod contra Dei voluntatem in dæmonis potestatem te redigit, certusque esto, quod Deus nullam tentationem in te permittat, nisi ex duobus causis, ut te probet, an bonus sis, & ut te corrigat, si peccator sis, &c.

59. *Nunquam lassatur sentando.*

O quot arces expugnat dæmon hat longa obfisione! o quot lapides cavat assiduo stitillidio, &c. S. p. 33. f. 141.

S. Birgitta vidit dæmonem tanquam monstrum marinum cum centum manibus, & centum pedibus Petr. Sanch. 2. p. c. 1. in fine.

Be-

S. Laure.  
Justin. de  
contemptu  
Mun. d.  
c. 18.

Bene & fute S. Laurentius Justinian. tentatoris solertiam describit, inquiens: Ubique ad decipiendas animas retia tendit, in divitiis & paupertate, in sublimitate honoris & in Mundi contemptu, in voluptatibus carnis & austeritate penitentia, in crapula & sobrietate, in rerum affluentia & paucitate victus, in loquacitate & silentio, in nitore & fordidibus, in læticia & fletu, in libertate & subjectione, in labore & otio, in occulto & publico, in civitate & civitate, in debilitate, & corporis sospitate, in vigiliis & torpore, in gloria & ignobilitate, in infamia, & favoribus humanis, & ut paucis universa comprehendam: Nullus est locus, nulla actio, nulla persona, quæ ab ipsorum deceptionibus libera existat, quoniam nequeunt parietibus excludi, nec placari precibus, neque terroribus coerceri.

Noli tibi blandiri de unius vel alterius tentationis victoria, noli esse securus: nam, ut ait S. Gregorius: *Iniquus hostis, quo valentius vincitur, eo ardentius ad infidias instigatur.* Et Ven. Beda: *Septe antiquus hostis ab ipso certamine ad tempus recedit, non ut illatae malitie finem præbeat, sed ut corda, que per quietem securi reddidit, repente rediens, inopinatus irrumpat.*

60. *Ab hominibus sanctis ludibrio habetur.*

S. Dacius Episcopus in urbe Corintho in domo hospitatur, quæ nocturnis spectris erat infestata: venerunt noctu dæmones & varium belluarum ululatu, ribilem tumultum fecerunt. Risit Sanctus Antistes, quæsitque, an hæc esset illa aëstata divinitus, ut jam bestias indurere, & imitari deberent. Et sic domum reliquerunt. Dæmon Monachum obsidet, S. Benedictus Monacho infligit alapam, & dæmon expellitur.

S. Abbas Marcius in nuda humo cubabat, dæmon in specie terribilis draconis penes illum se projiciebat: Vir sanctus nihil terroris porrigit illi pedem, jubens ut morderet, dicentique, ecce quam infirmus sis, cum potestatem non habes, unum mortuum huic pedi insidentem Dæmon pudescit aufugit, & præfurore in adjacente silva aliquot cedros, & tiliam profrastravit.

Dunstanus candenti forcipe dæmonem naso tenet.

S. Juliana Martyr dæmonem, quæ in

specie Angeli ei apparuit, zona ligat, flagellat, & altera die secum vincitum ad iudicem trahit, ita ut omnibus esset ludibrio.

Cuidam Monacho apparuit dæmon in specie S. Angeli Gabrielis, cumque Monachus diceret: errasti mi bone, non ad me missus es, quia adeo sanctus non sum: dæmon confusus in fugam abiit. Petr. Sanch. 1. p. c. 5. E. *Conversio n. 29.*

Sancto Antonio apparet dæmon in forma pulcherrima ajebat, ego sum providentia Dei, jam pete, Antoni & omnia tibi dabo. Antonius, petam, accede propius, tum in faciem ei exspuit. Pet. Sanch. 2. p. c. 1.

61. *Vincitur humilitate, & Dei gratia.*

Dæmon seni apparet ajebat, respice in me, ego sum Christus: senex autem oculos claudens, cum ego sim Christus? reposuit senex: Christum hic nolo videre, sed in altera vita, & sic diabolum reject. E. Dæmon n. 9.

Dacius Episcopus in itinere petit hospitari in domo dæmonibus infesta, cumque dæmones noctu clamorem omnium bestiarum facerent, furexit Episcopus & dæmoni illudens ait: Ecce! miser! voluisti similis esse Deo, & nunc similis es omnibus bestiis! sic pudescit dæmon recessit. E. *Exul.*

Humilitas Moyen fecit Deum Pharaonis, sicut ergo Moyses vicit Pharaonem, ita humilis vincit diabolum. Diabolus voluit falce percutere S. Macarium, & non potuit, ideoque iratus dixit: *In uno me vincis Macari, humilitas tua sola me vincit.* C. Exod. 7. v. 1.

Humilibus Deus dat gratiam, gratia unum Dei vel maxime necessaria est ad vincendas dæmonis tentationes: David Goliathum non armis Regis Saul, sed armis pastoralibus vincit: *Gratie non armis trophæum adscribitur.* Ideo dixit David, venio ad te in nomine Domini. B. ser. 39. n. 16.

Præsumptuose putant aliqui, se facile contra astutiam, & vim dæmonis prævalituros: sed errant! ait enim Titelmanus: *Nullus ex vobis animositate proterva ap. Mich. ineat hoc certamen, non est enim, qui ad de Calvo, hoc sufficit.* M. conc. 38. §. 1. n. 12.

Dæmon sub specie pulcherrimi juvenis tentat S. Catharinam Senensem: Christus in auxilium tentatæ properans in fugam agit tentatorem, dumque illa flens



94  
 fens diceret: Domine ubi eras? reposuit  
 Christus: Tecum fui, si enim non fuisset  
 tecum, quomodo vincere potuisses?  
 Petr. Sanch. p. 2. c. 1.

Sape dæmon ad indifferetiam austeritatem  
 hominem inducit, noctu dormientes  
 excitat ad orandum, ut somnum capiti  
 & corpori necessarium eripiat. Rursum  
 recens conversis ingerit pristina peccata,  
 eosque instigat ad nimia jejunia, vigi-  
 lias, & penitentias, quibus corpus &  
 animus enervent, ut vitæ asperitate,  
 difficultate & tædio victi resiliant, & ad  
 pristinam peccandi licentiam redeant. His  
 omnibus infidiis præsentaneum remedium  
 præscribit S. Anton. Anachoreta. inquit:  
*Una est ratio vincendi inimicum, letitia  
 spiritualis, & animo Dominum semper  
 cogitantis jugis recordatio. h. ec. dæmonum  
 ludos: quasi fumum expellit, &c. C. Ephef.  
 6. verf. 11. in fine.*

## Damnati ..

62. Plus affliguntur per odium Christi  
 quam per ignem ..

Fatus Virginibus olim responsum fuit:  
*Nescio vos. S. Chryfost. ait: Mille  
 gehennis intolerabilibus iudicio exosum esse  
 ho. 24. in Christo, & audire: nescia vos. B. ser. 5. n. 24.  
 Quid est esse abominabile Deo? In  
 Osee dicitur: Vos non populus meus, &  
 ego non ero vester: quasi diceret: Nihil  
 mihi curæ vestri erit, curam vestri ab-  
 jicim. O infelicissimum peccatoris sta-  
 tum, reprobat absque misericordia, &c.  
 S. p. 157: f. 511.*

Cum in Apocalypsi sigillum sextum  
 Libri Magni aperitum est, terra motu  
 concussa, sol obscuratus fuit, & stellæ  
 de cælo ceciderunt. Ecce Regesteræ,  
 & principes & tribuni, & divites,  
 & fortes, omnesque populi præ timore  
 absconderunt se in speluncis, & petris  
 montium, dicentes montibus & petris:  
*Cadite super nos, & abscondite nos a facie  
 sedantis in throno, & ab irâ agni.  
 Eadem confirmatio, & desperatio erit  
 damnatorum, dum ex imo inferni pro-  
 fundo procul in cælis videbunt iratam  
 Dei faciem, &c.*

Absalon quodammodo Patri reconcilia-  
 tum, sed ad conspectum illius nondum  
 admittus, incondito merore lamentans,  
 moti maluit, quam a conspectu paterni  
 vultus excludi. Quæta igitur erit tristi-  
 tia, & infamia damnatorum, cum vide-  
 rint se æternum exclusos a beatifico Di-

vini vultu conspectu, ad quem nati &  
 creati sunt, & quem in æternum felici-  
 tate possidere potuissent?

Cum Regina Esther Ammanum accusavit  
 de machinatione interfectionis, ait  
 sacer textus, quod ille, nempe Aman  
 vultum Regis ac Regine ferre non susti-  
 nerit. Eheu! Quomodo damnatus Vultum  
 irati Dei sustinebit?

Finge Patronum ac Mœcenatem tuum  
 optimum, qui a prima juventute ingentia  
 tibi, ac plurima beneficia contulit, & cui  
 totam tuam corporis, & animæ felicita-  
 tem debes, finge hunc amantissimum Vi-  
 rum subito ex tuo delicto tibi fieri ini-  
 micum, ita, ut etiam coram iudice te  
 accuset, & vitibus omnibus tuam perni-  
 ciam querat. Quæso, quanta est hæc affli-  
 ctio? nonne malles vitam, quam ami-  
 cum tam æstimabilem perdere? Ecce! hæc  
 est terribilis afflictio damnati. Videt Deum  
 Creatorem suum, Christum Redemptorem  
 suum, Spiritum Sanctum omnium grati-  
 arum fontem, a quo innumera benefi-  
 cia recipit, sibi implacabiliter iratum.  
 Mallet certe omnia alia tormenta inferni,  
 quam hanc afflictionem tolerare!

63. Nullum unquam habebunt refrigerium ..

Ibi erit stertus; verum ibi stertus non erit  
 refrigerio, sed dolori. Nescio qualiter in  
 lacrymis sic quædam dulcedo, ait Augu-  
 stinus, quia lacrymando levatur animi  
 passio, ac dolor minuitur. At lacrymæ  
 damnatorum nequaquam erunt levamen,  
 sed augebunt dolorem; quippe quæ erunt  
 igneæ, & adurent maxillas, sulcosque fa-  
 cient, ut inquit Macarius in Vitæ Pa-  
 trum, &c. S. p. 139. f. 441.

In hoc mundo nullum est malum, quod  
 non interdum aliquo bono dulcoratur:  
 Nullus est morbus, qui non doloris re-  
 missioris intervallum admittit: nulla tri-  
 stitia, quæ non solatium capiat: qui pauper  
 est, saltem bene valet: qui aeger est,  
 saltem divitiis abundat: qui denique  
 laborat, saltem oculis viget: qui toto  
 corpore paralyticus est, saltem anima  
 felix est. Verum damnati dolor & affli-  
 ctio, nullo unquam bono mitigatur! In-  
 felix est omnibus sensibus corporis, in-  
 felix omnibus potentis animæ, sine omni  
 solatio, sine refrigerio, sine fine ..

Sicut obstinatio voluntatis in damna-  
 tis nunquam cessat, sed æternaliter per-  
 severat; ita & pena peccati in obstina-  
 tos sine intermissione defævit. Nisi dam-  
 natus hanc obstinationem peccandi cor-  
 rigat ..

95  
 rigat, Deum semper habebit inimicum:  
 atque corrigere, quam in hac vita non  
 correxit, in inferno nec vult nec potest:  
 ergo nec Deus corriget unquam, aut  
 mitigabit puniendi voluntatem, prout  
 discurrit S. Bernardus.

S. Ber. ep.  
 251.

S. Ber. Mo.  
 alt. c. 6.

In hac vita saltem mors est finis ma-  
 lorum, sed ibi, ait S. Bernardus, nec qui  
 torquet aliquando fatigatur, nec qui tor-  
 quetur aliquando moritur; sic enim tor-  
 menta aguntur, ut semper renoventur.

64. Cruciantur per vermem conscientie ..

pl. 31.

Die ac nocte gravata est super me ma-  
 nus tua. Subdit Augustinus: Recordatio-  
 ne peccatorum. Hic interdum sopitur  
 conscientia, homo se distrahit, removet  
 a se cogitationes: sed ibi has punctio-  
 nes sentiat sine intermissione. S. punct.  
 148. fol. 442.

Damnati per omnem æternitatem pec-  
 catum suum coram oculis habebit. In  
 Moscovia cum Magnus Dux seu Impe-  
 rator Petrus peregre aberat, Sophia  
 ejus foror cum supremo Belliduce con-  
 spirationem contra Petrum consavit: ne  
 vero res proderet hoc actu colluserunt:  
 Belliduc inter mendicabula, quibus So-  
 phia hebdomadam panem distribuabat,  
 se immiscuit, e manu Principis panem  
 accipiens, in quo litteræ & instructiones  
 erant absconditæ, quid agendum esset.  
 Innotuit tamen conspiratio Petro, qui  
 cito ex Hollandia in Moscoviam rediit  
 punivit hæc ratione proditores: fororem  
 in cubiculo, tanquam æterno carcere con-  
 clusse, & ad ejus fenestram belliducem  
 suspendi iussit, qui manu panem tene-  
 bat, ex quo litteræ prominebant: tantum  
 erat hoc forori tormentum ut rogavit  
 quibusque tormentis excarnificari. Pa-  
 rem in modum erit damnato intolerabi-  
 le semper suum peccatum aspiciere.

Macro-  
 b. l. 1. in  
 Scipion.

Per vitulæm secur immortalæ roden-  
 tem intelligitur tormentum malæ con-  
 scientiæ, ait Macrobius. C. Exod. 10. v. 21.  
 Hic vermis conscientie damnato non  
 tantum peccatum, sed omnes etiam cir-  
 cumstantias, ac gradus ante oculos pon-  
 net: Nemp, ut ait Cardinalis Hugo,  
 peccatum hominis ortum trahit a tenta-  
 tione, tentationem sequitur delectatio,  
 delectationem consensio, consensionem  
 consuetudo, consuetudinem necessitas,  
 necessitatem excusatio, excusationem glori-  
 ratio, gloriationem obduratio, obdura-  
 tionem desperatio, desperationem dam-  
 natio. B. ser. 11. n. 33. O quanto cum

luctu hanc scalam sæpe percurreret dam-  
 natus optabique: utinam salutaribus mo-  
 nitibus morem gerens, primæ tentationi  
 sine mora restitisset!

65. Sunt numero valde multi ..

Si confentantur homines cum homini-  
 bus, certum est majorem hominum par-  
 tem damnatam, quam salvatam iri; id-  
 que probat tum sacra Scriptura, tum ex-  
 perientia: Scriptura; quia dicit Isaias:  
*Dilatavit infernus animam suam, & a-  
 peruit os suum absque sermone.* Experien-  
 tia autem; quia plurimæ orbis regionis  
 gentilibus, Mahometanis, & hæreticis  
 refertæ sunt: hinc quidam Hæreticola  
 Innocentio III. adhuc Cardinali edixit se  
 vidisse animas velut nivium velleri in  
 orcum decidisse. Et Philippus Cancellarius  
 Parisiensis damnatus Episcopo suo  
 apparsit quæsit an adhuc homines in  
 mundo superserent, propter multitudi-  
 nem animarum, quas per 30. annos in  
 infernum devenisse asseverabat. B. serm.  
 47. n. 12. 13. seq.

Si confentantur Christiani cum Chri-  
 stianis, credibile est plurimam partem  
 damnatum iri; quia Christus asserit an-  
 gustam portam esse ad vitam, contra-  
 latam ad interitum: diserte Gregorius:  
*Ad fidem multi veniunt, ad celeste reg-  
 num pauci perducuntur.* B. ser. 47. §. 3.  
 & seq.

Decanus Ecclesiæ Lingoniensis post mor-  
 tem suo Episcopo apparuit, hæc verba  
 locutus: Age penitentiam, emenda vit-  
 tam; non enim tam facile est salvari  
 hominem sicut creditur; quoniam dum  
 ego præsentarer tremendo Dei iudicio,  
 adfuerunt ibi triginta millia animarum,  
 de quorum numero S. Bernardus & ego  
 salvati sumus, tres in purgatorium de-  
 cenderunt, cæteri omnes damnati sunt.  
 Lohner Tit. Infernus §. 5. n. 39.

Eremita, qui vidit animas velut ni-  
 ves in infernum decidere, tres tantum  
 conspexit ad cælos ascendere, Episcopus  
 quendam, Priorem Carthusianum  
 & Viduam Romanam. Quod cum In-  
 nocentio Cardinali narasset, ille missis  
 tuis tres illas Personas eodem tem-  
 pore mortuas esse compertit. Lohner Tit.  
 Infernus §. 5. n. 28.



66. Deplorent iacturam temporis, & occasiois.

*Ve nobis, quia declinavit dies, quia*  
*tere. 6. longiores fuisse sunt umbrae vesperi.* Quae  
sunt hae lamenta? audit in simili: Si-  
quis viator tota die dormiat, & vesperi  
evigilans videat a montibus tam longas  
umbrae projecti, quam mane, putat diem  
primum oriri, & fat temporis superesse  
ad iter faciendum: verum repente in-  
gruit nox. Ita damnati evenit: putant  
tibi vitam superesse longissimam, dein  
subito a morte abrepti deplorant tempus  
disparuisse: hae eorum lamenta sunt in  
flammis. O quanta tormenta lubentes fu-  
birent, si unicum momentum utile pos-  
sent consequi, &c. B. ferm. 15. n. 18.

Illi qui diluvio perierunt, lamentaban-  
tur, quod Noemum concionantem non  
audierint. Quid facturi fuissent, si tunc  
licuisset arcam ingredi? C. Gen. 7.  
v. 24.

Damnati videbunt Deum velut agnum,  
ut recordentur, quam facile uti potuis-  
sent misericordia Dei. Recordabitur diu-  
inum afflictionis, ubi Hieronymus: Ipsi  
spiritus mali derident otium, quod ne-  
gligentes inutiliter duxerunt. S. p. 138.  
f. 433; & seqq.

Peccator videbit, & irascetur; Quid  
videbit? januas clausas, occasiones ne-  
glectas: tunc irascetur, cui, nisi sibi ip-  
si, quoniam sibi ipsi causa tanti suppli-  
cii fuit. S. p. 140. f. 441.

67. Puniantur multiplici poena.

Abfalon figura damnati confoditur tri-  
bus lanceis: Glossa ait: Conficitur tri-  
bus lanceis poena ignis, poena vermis, &  
poena carentiae visionis. Et quamvis in  
corde fuerit tactus, tamen adhuc palpi-  
tabat, quia damnatus non moritur. San-  
ctus Gregorius ait: *Fit miseris mors sine*  
*morte, finis sine fine, defectus sine defe-*  
*ctu, quia & mors vivit, & finis semper*  
*incipit, & defectus desicere nequit.* Porro  
tres haec poena explicantur. B. ferm. 29. §.  
4. 5. & 6.

Tria sunt vincula, quibus damnati li-  
gantur: tenentur, tormentorum, &  
irrevocabilis decreti: Propter tenebras  
non poterunt de loco movere, ut olim  
Aegyptii. Tormenta ad extra erunt ignis,  
pungentur, & gulosis ingenti siti & fa-  
me cruciabuntur. Ibi luxuriosi pice &  
foetido sulphure perfundentur. Invidiosi

interminabilem aternitatem, &c. Segn.  
Manna 1. Aug. n. 4.

Poenae peccatoris in inferno erunt: 1.  
Quod bibit de vino ira, id est de felle  
Dei. 2. Quod vinum hoc mistum erit  
mero suppliciorum omnium, sine gutta  
consolationis. 3. Quod cruciabitur igne  
& sulphure. 4. Quod erit probrum & Au-  
dium in conspectu Angelorum, & An-  
geli. 5. Quod fumus tormentorum ejus  
ascendet in saecula saeculorum. 6. Quod  
non habebit requiem die ac nocte, nec  
ab igne, nec a verme conscientiae. Momen-  
taneum est quod delectat, aeternum  
quod cruciat. C. Apoc. c. 14. v. 11.

Præcipue puniuntur per ignem: 1. Quia  
poena ignis optime congruit igni con-  
cupiscentiae, quo arserunt. 2. Quia ignis  
maximam habet vim agendi in corpora.  
3. Quia sic superbia castigatur damna-  
torum, dum alligantur creaturae poenali  
igni. C. Eccli. 7. v. 19.

68. Puniantur secundum mensuram  
peccatorum.

De divite Epulone dictum fuit: *Quan-*  
*tum in deliciis fuit, tantum date illi tor-*  
*mentum.* In lingua maxime cruciabitur,  
quia, inquit S. Chrysolomus, hae prima  
varios deliciarum cibos, & odorata pocula  
gustarat. Aliter ergo in inferno punitur  
adulter, aliter fornicator, aliter blasphemus,  
&c. B. ferm. 29. n. 32.

Tres sunt pessimi affectus peccatorum,  
amor gloriae, amor voluptatis, & amor  
lucris temporalis: hi tres affectus in in-  
ferno puniuntur; ideo dicitur: *Intraibunt*  
*in inferna terra, tradentur in manus*  
*gladii, partes vulpium erunt.* Dicitur, *in-*  
*traibunt in inferna terra:* infernus enim  
abyssus est, & cloaca omnium sordium,  
quae in generali purgatione mundi ab  
elementis rejiciuntur. Dicitur, *tradentur*  
*in manus gladii,* & hic gladius erit ex  
utraque parte acutus, quia corpus & ani-  
mam feriet & quidem secundum for-  
titudinem omnipotentis brachii. Dicitur,  
*partes vulpium erunt,* quippe daemones,  
a quibus peccatores tanquam a vulpibus  
fuerunt seducti, tunc crudelissime vivent  
contra damnatos, &c. Segn. Manna 27.  
Aug. n. 1. 2. §. 4.

In quibus homo peccavit, in illis gra-  
vius unietur, ait Thomas Kempensis. Et  
iterum: Ibi acediosi ardentibus stimulis  
pungentur, & gulosis ingenti siti & fa-  
me cruciabuntur. Ibi luxuriosi pice &  
foetido sulphure perfundentur. Invidiosi  
sicut

sicut rabidi canes ululabunt. Superbi om-  
ni confusione replebuntur, & avari mi-  
seriam egestate ardebunt.

69. Semper maiorem poenam habent aucto  
damnatorum numero.

Eusebius Emisenus ait: *Quantos destruxit,*  
*de tantis sibi damnationis materiam*  
*congregabit.* Ec S. Nilus: *Imitantium enim*  
*interius poenarum cumulum facit preceptio-*  
*rum.* Hinc Epulo clamans ad Abrahamum  
rogavit, ut mitteret Lazarum ad fratres  
suos, ut emendarentur: Ubi Lyranus: Di-  
cit hoc non ex caritate ductus, cum  
illam non haberet, sed timore fervili,  
ne in ipsorum consortio eius poena au-  
geretur. B. ferm. 36. n. 40. seq.

Sicut Sanctorum corpora miram fra-  
gramiam exhalant, ita damnatorum cor-  
pora horribilem foetorem spirant. S. Vin-  
centius Ferrerius Codoni in Normandia  
pro concione dixit: si vel unicum corpus  
damnati poneretur Codoni, futurum ut  
foetor Parisios usque diffunderetur.  
W. art. disc. font. 84. ex. 2.

Nobilis Pedemontanus, cum uxorem  
in flagitio deprehendisset, iussit adulte-  
rum in cubiculo suspendi, dein fenestras  
& januas obturari, & ita inclusam uxorem  
foetore cadaveris exequit. Quanta  
afflictio! sic odor torquetur damnatos  
ex corporum foetore. Loh. T. 2. v. Luxu-  
ria §. 4. n. 47.

Tres Monachi impie viventes a Deo  
ita puniti sunt, ut primus holo panis  
suffocatus, alter flumine submersus sit.  
Iste autem apparuit superstiti, eique suas  
penas declaravit. Tanquam autem foete-  
rem in Monasterio reliquit, ut omnes  
Monachi fe perituros crederent. E. For-  
tor num. 1.

70. Incident beatis qui peccatores fuerunt.

Homo non velitus veste nuptiali ob-  
mutuit: Quare se non excusavit? Non  
poterat se excusare, quia alios convivas  
nuptialiter vestitus intuitus est, qui ve-  
stem ad limina cenaculi sibi oblatam  
accepterunt: Ita damnati sine excusatione  
erunt, cum videbant beatos occasione  
uise fuisse, & ex hoc intuitu invidia  
contabescere.

Verum hic nondum est apex poenae;  
si enim ad coronam regni ascendat filius  
Regis, hoc non causat invidiam: verum  
quod ad thronum evebatur rebellis, ad-  
ulter, & peccator, hoc in immensum  
D. Claus Spicil. univ. Par. III.

inflammabit invidiam damnatorum: vi-  
debit, qui unum tantum peccatum im-  
munditiae paravit, Magdalenam, Thai-  
dem, Pelagiam salvas, qui penituerunt,  
ipse autem ardet, quia penitere noluit,  
&c. B. ferm. 51. n. 23. & 24.

Esau pro doloris magnitudine irrogat,  
cum sibi creptam vidit primogenituram,  
& translatus in Jacobum: ita damnatus  
cum viderit amissam coronam sibi pra-  
paratam. C. Gen. 27. vers. 34.

S. Caesarius Diaconus, quia precibus  
suis templum invidiam prostravit, una  
cum S. Juliano Sacerdote sacco inclusus  
in mare demergitur. Eo die Proconful  
Luxurius a colubro corroditur: duo ani-  
mam agit, videt corpora S. Caesarii &  
Juliani ab Angelis & mari efferi. N. 1.  
Nov. Ita videbunt damnati beatos cum  
Angelis gaudere, &c.

Videntes turbabuntur timore horribili,  
dicentes intra se, & pro angustia spiritus  
gementes: hi sunt, quos habuimus aliquan-  
do in derisum & in similitudinem impro-  
peris. . . . ecce quomodo computati sunt  
inter filios Dei; Vide Loh. tit. Infer-  
nus §. 9. n. 11.

71. Deridentur a Deo & Sanctis in  
suis tormentis.

Hebraei dum idolo Moloch infantes  
sacrificabant, tympanis ac tubis strepi-  
tum fecerunt, ne audirent lamenta in-  
fantum: Ita Sancti plaudent & non au-  
dient lamenta damnatorum. M. conc.  
16. als. 3. n. 6.

Hannibal risit Carthaginenses victos,  
quia prius non strenue pugnabant: ita  
Deus deridebit damnatos: *In interitu*  
*vestro video,* &c. B. ferm. 51. n. 32. seq.  
Loc & Sodomis creptus prohibitus est  
respicere; quia Deus noluit, ut Sodo-  
mitis pereuntibus condoleret. C. Gen.  
fol. 182. col. 2.

Angelus illic deleter exercitus Senna-  
cherib, centum octoginta quinque millia  
hostium occidit; non vero ipsum du-  
cem Sennacherib. Cur non? Respondeo,  
ut hostium insultationem audire & vi-  
dere cogere, sicque furore, & invidia  
contabesceret. Pari ratione ardebat in-  
vidia damnati, si beatos insultantes au-  
dient. M. conc. 16. als. 1. n. 12.

Sancti in aeternum gaudent de suppli-  
ciis damnatorum; quia sunt quasi totie-  
dem trophea Justitiae Divinae, imo San-  
cti gratulabantur & applaudunt Deo,  
quia quasi aeternos iustitiae redivit, &  
G im-



immortale glorificationis tributum ex damnatis recipiet &c. P. p. 2. disc. 18. n. 4. in fine.

Confidera abscro, quanta erit tua tristitia & desperatio, cum Angelus tuus Custos tibi in tormentis ardenti insultabit: Infelix olim Clientis meus, quid tibi jam prodeit tua inobedientia? feci officium a Deo mihi impostum, custodire te in omnibus viis tuis. Monui te ante peccatum, ut illud fugeres; monui post peccatum, ut penitentiam ageres; vocavi te, & renuisti; jam in interitu tuo ridebo; O quanta confusio; quanta desperatio; &c.

72. Terribile tormentum patiuntur ex consortio demonum.

Homines in hac vita cum nocturnis spectris infestantur, aut in viis a spiritibus seducuntur, aut domum inhabitant lemurius oblitam, incredibiles terrores patiuntur. Quid erit eheu! vivere cum spectris infernalibus; &c.

Cum Octavius Augustus urbem Salon obideret, mulieres urbis pallato habitu, dissolutis crinibus, denigrato vultu, cum tædis ardentibus noctu ex urbe in castra exierunt: & ecce; milites putantes venire demonum exercitum in fugam panico terrore correpti abierunt. D. 8. 82.

Luctuosissimus erat status Israelitarum, cum a serpentibus ignitis vulnerabantur. In desertis etiam Africa dantur serpentes, nomine Diplades, qui morsu homines ferè inflammant, patiuntur vulnerati tam terribilem sitim, ut eam integro humine non mitigent, sed magis accendant, D. g. 26.

S. Pacho Abbas demoni in specie Æthiopiæ apparenti infregit colophum, & ecce! tantum sctorem manu contraxit, ut cum integro biennio eluere non potuerit. March. Sub. Sacerd. tr. 3. lect. 10. f. 1214. col. 1.

Damon tam sedus est, ut qui sapit, mallet in ignem conici, quam demonem uno momento inueni. Vv. art. disc. font. 50. ex 1.

Cassianus ait: Ibi atroces Angeli commorantur, quorum capita sunt ut draconum, quorum oculi igneas sagittas emittunt, quorum dentes ut Elephantis prominent, quorum aspectus inducto timorem & tremorem. Hi sunt spiritus, ut ait Siracides, ad vindictam creati, ab his torquentur damnati, prout loquitur Lyranus, ut qui fuerunt illis voluntarie

subiecti in culpa, eis involuntarie subiciantur in pena. Lohner. Tit. Infernus S. 1. num. 10.

73. Justissimi damnantur æternum.

Eusebius Nierembergii parabola proponit de misera quadam femina, quæ incidit in latrones: a Rege autem, qui tunc erat in venatione, liberata in ipsam assumitur: sed illa plus amat calorem: initio condonatur nefas, verum illa iterato adulterat regium torum. Quæ pena factis erit ad expandum irimen; &c. femina talis est anima, Rex Christus, qui per peccatum tamquam spirituale adulterium turpissime contemnitur. B. ferm. 29. §. 1.

Christus Judæ proditori omnia remedia adhibuit, quæcumque facere poterant ad illius emendationem: sed frustra: S. Chryl. ait: si remedium respuit, non medici vitium est, sed languentis. S. punct. 6. fol. 557.

Sicut debitor, qui ob æs alienum vinculis tenetur, nunquam dimittitur, quamdiu pecunia illi deest, quæ creditori satisfaciatur: ita infelix est damnatus, quod nunquam ex inferno dimittitur, & ibi non habet, nec habere unquam poterit summam infiniti peccati debito solvendo necessariam. Illa autem tormenta, quæ patitur, Deus nunquam acceptat pro solutione; quia non procedunt ex caritate, & sunt conjuncta cum voluntate in odio Dei irrevocabiliter obstinata: consequenter semper audit: *Non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem.* Hunc in sensum ait S. Bern. Licet peccatum malum sit temporaliter perpetratum, longum tamen est in pertinaci voluntate; illa namque mentis obstinatio, quæcum peccator Deum in hac vita offendit, nisi illam in hac vita corrigat, in perpetuas æternitates incorrigibiliter perseverat. Loh. Tit. Infernus §. 11. n. 5.

Si ita est, quæret non nemo, cur Deus O. M. creavit miseros prævixi eorum damnatione? Respondet Novarinus: *Nunquam Deus creavit, quem malum prævidet, nisi nosset, quibus eos usibus bonorum commendasset.* B. ferm. 32. n. 53. Adeoque ex ipso peccato, & damnatione malorum Deus magna bona eruit, devotionem Christianorum, fugam peccati, fervorem Sanctorum, conversionem peccatorum, lacrymas penitentium, & salutarem omnium timorem.

Pœna damni.

74. Quam horribilis sit.

Uta S. Thomam pœna damni est infinita: quia est carentia infiniti boni. Duo autem in aula Philippi II. Regis Hispaniarum in rabiem aguntur, quia carere debebant facie regis. Miletani ad mortem usque contristantur; quia faciem Pauli non amplius erant visuri. Absalon mortem libi imprecatur, quia a facie patris abesse iustus est, &c. B. ferm. 29. §. 4.

Discipuli in monte Thabor in faciem cadunt, quia non poterant sustinere nubem, quæ obumbrat faciem Christi. Cur filius prodigus redux non fuit punitus? Respondeo, quia sat pœna ipsi fuit procul a patre fuisse. M. conc. 6. aff. 3. n. 1. 2. Christus ægrius sustinet privationem visionis beatificæ per unicum momentum, quam omnia alia tormenta. M. conc. 16. aff. 1. n. 2.

David rogat: *Ne projecias me a facie tua,* quasi dicat: Quodvis aliud tormentum patiar, tantum hoc exposco, non projici a facie tua. S. punct. 138. fol. 433. seq.

Absalon mori mavult, quam facie Patris privati: Tobias mori præoptat, quam sedere in tenebris: si unicum os e junctura sua emotum sit, quantus dolor: & quid erit, si cor non sit in suo loco? S. pun. 138. fol. 432.

Populus luxit, cum Deus ad illum dixit: *Non ascendam tecum:* ubi Glossa nihil habet boni, qui creatoris sui caret gratia, & præsentia. S. pun. 138. fol. 433.

Ezechias luget, quia Deum in limbo vitæ non est, & tamen limbastantum erat temporalis. M. conc. 16. aff. 1. n. 3.

Cum Isabella Austriaca Belgii administratrix esset, in bello Gallico Silvadicum, vulgo Herzogenbusch, urbem municipalissimam Comitum de Berg, defendendam commisit. Is strenue propugnavit momentum per quinque menses, tandem inimicorum cedens cum honestissimis conditionibus urbem tradidit, atque putans se munere generosi militis optinisset, venit ad Isabellam, impotentiam suam excusans: at illa: strenue egisti quidem, sed eheu; urbs perdita est! sic autem locuta faciem perlo obnubuit subficiens: Tu faciem meam in æternum non amplius videbis! his dictis comes adeo fulminatus fuit, ut syderato similis irragierit, & manibus contra parietem sternerit. Quid ergo fiet, cum damnatus hæc eadem verba in æternum audiet?

Sancti ex visione beatificæ consequuntur maxima gaudia: *Delectationes in delectata tua usque ad finem,* idest usque ad perficiendum, & satiantium omnem appetitum. Sicut ergo beati ex omni parte, supra, infra, intus & extra, & circumcumbit pleni sunt gaudio, propter quod cuiuslibet eorum dicitur: *Intra in gaudium Domini tui!* Ita damnati ex omni parte circumdantur sine dolore ex consideratione prætorum, quæ miserunt. Loh. Infer. §. 9. n. 16. Aug. Paoletti Fer. 2. post. Dom. 1. Quadrag.

S. Laurentius Justinianus ait: Interminabilis Divinæ visionis carentia doloribus supereminet universos; sit S. Bonaventura: Si mille gehennas mihi proponas, non tantum reputo sicut ab illius gloriose Societatis inviditate repelli, & exosum fieri Creatori. Loh. Tit. Infernus §. 9. n. 16.

Hinc pœna damni gravior est, quam omnia alia tormenta inferni, prout docet S. Aug. ait: Deum non videbit, quod est omnium miseriarum miseris. Et S. Chryl. licet quæ innumeratas ponat gehennas, tale nil dicit, quale illa felici excendit gloria. S. pun. 138. fol. 433.

Christus ægrius sustinet privationem visionis beatificæ, quam omnia reliqua tormenta. M. conc. 16. aff. 1. n. 2.

75. Consistit partialiter in tristitia de bono amisso.

Credebantur igne & sulphure ante conspectum Sanctorum Angelorum, & Agni. Cur ita? cur Deum non ut leonem vident, sed ut Agnum? nimirum, ut cognoscant se a Deo misericorditer fuisse damnatos, qui per homines, per exempla per minas saepe vocavit, &c. S. pun. 138. fol. 433.

Tunc recordantur dierum afflictionis sue &c. nempe ad augmentum doloris recordantur bonas occasiones, exhortationes, sacramenta, & afflictiones perpeffas, quæ dolebunt, quod his occasionibus usi non sint ad salutem. S. punct. 138. fol. 434.

Peccator videbit, & irascetur, dentibus suis fremet, & rabsret. Contra quem Respondet Aug. contra septimam; quia sibi causa fuit tanti supplicii. S. punct. 140. fol. 441.

Cur Sanctus Evangelista non fufius describit lamenta & tristitiam futurarum Virginum, dum exclusæ sunt a Festo nuptiali; Quia universam innumerabilem, omniumque atrocissimorum suppliciorum congeriem satis comprehendit duobus verbis:

Pallad. in hist. Langite. 1. 29.

S. Bern. Ep. 251.

Apoc. 14.

Thren. 1.

Psal. 111.



bulis : *Nesio vos* ; in hac unica poena omnes alie eminenter concluduntur : Patrem in modum ait S. Chrysof. si mille aliquis gehennas ponat, nihil tale dicitur est, quam sit a beata illius glorie honore repelli, & audire a Deo : *Non novi vos* ; hinc inexplicabilis oritur damnatorum dolor, desolatio, & desperatio.

Judei ex Hierosolymis egressi, ob Jherusalem templi & sue felicitatis adeo affligebantur, ut singulis annis constituta die ab exilio reversi, conspecto eminens templo, in recondito & profus insanoulatu hanc jacuram, inter millenas lacrymas deplorarent. Ita damnati ob Jherusalem cali plorabant.

76. Videt Deum & beatos ad augmentum dolorum.

Adam egressus ex paradiso prope paradysum habitare debebat, ut intuitu tantae amenitatis semper augetur dolor propter bonum amissum. Famelicus si semper cibos videat, quos apprehendere non valet : frigore constrictus si calefieri nequeat, thesaurum videns si hunc assequi non possit, ingens tormentum patitur : ita erit ad augmentum dolorum damnatis videre beatos &c. M. conc. 16. als. 1. n. 6.

Quaritur, quomodo damnati videant Deum, & tamen non fruuntur Deo ; Respondeo quia odium ipsi Deum abominabilem facit : ideo magis cruciantur damnati visa felicitate Dei, & beatorum, quam suis tormentis. M. conc. 16. als. 1. n. 7. 9.

Etsi irruiguit visa primogenitura fratris, ita damnati rugient, cum alios videbant amicitia Dei frui. Sicut Cain vidit Abel, quod ipsius munera grata fuerint Deo, non item sua. M. conc. 16. als. 1. n. 9. 10. seq.

Nec tantum Deum, sed & cum Deo in gloria videbunt Parentes, amicos, familiares, quos optime in hac vita noverunt, qui vel contra peccata se praeinuerunt, vel penitentiam egerunt, quorum exempla sequi, aut etiam monita audire noluerunt. Heu ! quanta haec afflictio ; quanta cum rabie execrabitur suam foecordiam, quam facile vincere, & salvari potuissent. Vide Paoletti ser. 2. post Dom. 1. Quadrag.

Poenae sensus.

77. Terribilis & Intolerabilis.

Propheeta Isaias quatit : *Quis poterit habitare ex vobis cum igne devorante ? Quis poterit ? Poena enim inferni terribilis est per omnes quinque sensus : O-*

culi aspiciunt larvas demonum, & lanienam damnatorum. Dicitur vos oculi delicati, qui nunc vulnus, aut lepram intueri horretis, quis poterit habitare, &c. Aures audient latratum, barritum demonum, & lamenta damnatorum. Dicitur delicatae aures, quae nunc vagitum infantis, aut susurrum muscae horretis, quis poterit habitare ? Odonatorum punitur sulphure & cloaca foetentissima : dicitur delicatae nares, qui nunc fumigantem candellam naufatis, quis poterit habitare &c. Os seu gustus cibabitur metallo, & veneno. Dicitur delicati gustus, qui nunc capillum in cibo averfamini, quis poterit habitare &c. &c. B. ferm. 29. §. 5. S. punct. 139. fol. 438. in fine. Sanchez p. 8. c. 5.

S. Greg. ait : In inferno erit frigus intolerabile, ignis inextinguibilis, tenebrae palpabiles, flagella caedentium, visio demonum, confusio peccatorum, desperatio omnium bonorum, mors sine morte, defectus sine defectu, quia mors ibi semper incipit, & deficere nescit. S. pun. 149. fol. 441.

Caro peccatorum, ait S. Antiochus, pabulum est demonum, quia damnatus ab omnibus demonibus invadetur. M. conc. 6. als. 3. n. 5. seq.

Deus castigans ad emendationem severissime affligit, quid faciet puniens ad vindictam ? M. conc. 16. als. 2. n. 2.

In inferno nullus ordo, quia damnatus simul & semel diversissima tormenta patietur, frigus, & aestum, glaciem, & flammam. In hac vita quantum dolor est variatio ab uno extremo ad aliud, a calore ad frigus &c. quid ergo erit haec poena utriusque simultanea ? M. conc. 16. als. 2. n. 4. D. 11. 40.

Si nunc carbonem accensum in pupilla haberes, si plumbum liquidum haurire deberes, si frustum ferri candentis devorare deberes, quomodo dolerem tuum exprimere posses ? & haec ridicula sunt ad infernum &c. M. conc. 16. als. 2. n. 8. Et ibidem Assumptio 3. per totum.

Siquis in molli lectulo per decem aut viginti annos immobilis jacere deberet, esset poena intolerabilis : quanto major igitur erit per omnem aeternitatem jacere in prunis ardentibus ? E. Infernus. 11.

78. Proportionatur peccatis.

Dives quidam in deliciis vivere solitus in inferno loco throni collocatur in sede candenti, loco vini potatur plumbum liquato, loco carnalis voluptatis circumdatur serpentibus. E. Delitiae. n. 5.

Licet

S. Greg. Licet gehenna una sit, ait S. Gregor. non tamen cunctos una, eademque qualitate cunctis ; quia quod hic dispar agit valetudo corporum, hoc illic exhibitur dispar causa meritorum.

Stultissima est illa sceleratorum temeritas dicentium : si peccator sum, eadem mihi erit poena sive semel, sive saepius peccem. Absurda locutio ! Non enim ita erit, sed pro modo & numero, & mensura peccati etiam quantitas poenae metienda erit. Deus peccatori dabit panem lacrymarum, & potabit eos felle in mensura : mensura autem haec erit, quam sibi quisque vel minus, vel amplius peccando quaesierit, juxta illud : quantum in deliciis fuit, tantum date illi tormentum.

Colligite primum zizania, & colligate eos in fasciculos ad comburendum : Ita, dicit Divinus Judex, eos qui aeterno igni tradendi sunt, pares paribus sociate, ut quos similis culpa coinquinat, par etiam poena confringat.

Quia reprobi & corpore & anima peccaverunt, ait Belluacensis, ibi & in carne & in anima cruciantur, juxta illud : *Pones illos ut clibanum ignis : Devorabit eos ignis* : clibanus non solum extra, sed etiam, & vel maxime intrinsecus urit & ardet. Is vero qui devoratur ab igne, ab exteriori parte incipit incremari, &c.

79. Terribilis propter fetorem.

Tres Monachi impie viventes ita a Deo puniti sunt, ut primus bolo panis suffocatus, alter flumine submersus fuerit. Ille autem apparuit superstiti, suis poenis ingemiscens, tantumque in Monasterio reliquit fetorem, ut omnes Monachi fe morituros crederent. E. Factor num. 1.

Pachon in juventute Aethiopsiam aspiciens, spicas in messe colligentem, terribiles tentationes per omnem fere vitam patitur. Aliquando demon specie illius aethiopsae in eremo illi apparuit, & Pachon illi alapam incussit. Verum ex illa alapa manus per integrum biennium adeo fecerit, ut odor esset intolerabilis. E. Oculi. 2.

S. Arsenius semper fetentem aquam penes fe in cellula habebat : interrogatus causam, respondit : ut odores delicatos, quibus in saeculo assueverat, puniret, & fetorem inferni effugeret. E. Odores.

Mulier delicatissime vivens, & aqua rosacea fe lavans tam sedo morbo computruit, ut ejus fetorem nec ancilla nec D. Claus Spicil. univers. Pars III.

bestia tolerare possent. J. 108. quid erit in inferno ?

Quondam S. Martino Episcopo apparuit diabolus speciosam formam indutus, in capite gestans coronam, in corpore defersens purpuram, dixitque illi : Honora me, ego enim sum Christus ! sanctus fraudem agnosens respondit : Dominus meus non in hac forma fe apparuit coronatum, & crucifixum fe videndum exhibet ! te regem non agnosco ! confusus diabolus disparuit, tantumque fetorem post fe reliquit, ut postea S. Martinus dicere solet, si demonum unicus sic fetet, & quos illorum & damnatorum omnium in inferno fetor erit ? Neque mirum, quia ut S. Chrysologus testatur : Demones pascuntur cadaveribus, putredine signantur, deliciaum fetore. Loha. Tit. Infernus §. 5. n. 5.

80. Terribilis propter ignem ardentissimum.

Quando mortuus est Vvithelmus Dux Juliacensis, pia Matrona Coloniz vidit illum demergi in igneum puteum operculo tectum. Quarens quis inibi pateretur, responsum est, non esse ibi praeter duas animas, Imperatorem Maxentium, & Vvithelmum Ducem, quia in luxuria & tyrannide fuissent pares. Vvalthero autem piissimo Dei famulo interroganti, ubi esset Dux Vvithelmus ? respondit demon, cum esse in loco tam ignito, ut si duo montes Vvolckenburg & Drachenfels cum suis castellis essent ferrei, in momento liquefierent. E. Infernus num. 8.

Ignis infernalis crudelior est, quam omnia mundi tormenta simul sumpta. David exclamat : *Ignis in conspectu ejus s. Aug. exardescet*. Ubi Aug. Non erit iste ignis ibi, sicut focus tuus, quo tamen si manum mittere cogaris, facies quidquid voluerit, qui hoc minatur. Patrem prodes, filios necandos dabis &c. Minatur inimicus tam leve malum, & facis malum, minatur Deus aeternum malum, & non facis bonum. S. punct. 39.

Job afflictissimus erat, sentiebat simul omnia morborum genera, quae in humano corpore sunt compossibilia : horum consideratione exclamavit Gregor. *Qualiter Deus in futuro cruciabit quos reprobat, qui ita dure affligit, quos amat*. S. pun. 139. fol. 440. seq.

P. Leonardus Lessius gravissimis calculi